

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio Prima. De jurisdictione Episcopi in Monachos suæ Ecclesiæ R.P.D.
Coccinno Montis Regalis jurisdictionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

DECISIO PRIMA.

De jurisdictione Episcopi in Monachos suæ Ecclesiæ

R. P. D. Coccino

Montis Regalis jurisdictionis.

Est inter
impressa &
Coccini
decis. 1570

Luna 8. Martii 1604.

S U M M A R I U M.

- 1 Episcopus est caput; & loco Abbatia in Ecclesia Cathedrals regulari, & habet omnimodam jurisdictionem in Monachos exceptis iis quæ concernunt regularia instituta. N. 2.
- 2 Verba prolatæ ab habente potestate disponendi, importans causam, non contumem.
- 3 Exceptio firmat regulam in non exceptis.
- 4 Dulio: vel, est augmentativa, & ampliat dispositionem etiam ad diversa,
- 5 Statutum recipit interpretationem à jure communi.
- 6 Episcopus non habet jurisdictionem in Monachos S. Benedicti.
- 7 Fallit quando Ecclesia Cathedrals est regularis.
- 8 Unio intelligitur facta sine praesudicio teriti.
- 9 Ex separatis non sit illatio.
- 10 Concilium Tridentinum sess. 21. cap. 8, loquitur de Monachis existentibus in locis exemptis.

Dubitavi, an & quam jurisdictionem haberet Reverendissimus D. Archiepiscopus in Monachos monasterii Montis Regalis, tam in Ecclesia, & Monasterio, quam extra, & Domini unanimiter censuerunt, omnimodam jurisdictionem ipsorum habere, & in omnibus casibus, exceptis iis, quæ concernunt regularia instituta. Verba enim Bullæ Pauli III. visa fuerunt satis clara. In §. declarans etiam; ubi dicitur, quod Archiepiscopus est caput ipsorum Monachorum, declarando illorum exemptionem à visitatione, & correctione Archiepiscopi, quo ad regularia instituta tantum, & non quo ad supradicta in Bulla, vel excessus perpetratos, vel perpetrandos, in quibus visitationi & correctioni Archiepiscopi, pro ut sunt subjecti, sint, & esse centeanur. Et hæc quidem dispositio est consonans dispositioni juris communis. Cum enim agatur de Ecclesia Cathedrals regula;

A 3

Additiones & Decisiones ad Tractatum

ari, Episcopus est caput, & loco Abbatis Monachorum, & ipsi loco Canonorum, Doctores in cap. causam de iud. 1. Hoc in principio. Ioan. And. num. 3. Ali Antiq. num. 2. Bellam. num. 1. & 2. Buz. num. 4. Et 8. Imol. num. 1. dec. num. 3. & Abb. qui loquitur expressè de Ecclesia Montis Regalis num. 8. Et seq.

2. Et idem Episcopus etiam de jure communii, exceptis iis, quæ concernunt regularia instituta, habet omnimodam jurisdictionem in Monachos Cathedralia regularis. cap. 1. sed ex. vac. gloss. final. in cap. nullus vers. ut Episcopus etiam seculares de elect. in 6. ubi Anch. numer. 3. vers. Sed adverte. Ioan. And. num. 3. vers. in gloss. fin. Corn. conf. Gemin. num. 7. vers. in ead. gloss. ibidem. Franc. num. 3. vers. in gloss. fin. Corn. conf. 133. num. 4. lib. 2. ubi n. 5. Apparet de hoc non esse hasitandum, cestantibus induc- tis, & confundendis particularibus loci, propter que in illo casu ipse confundit contrarium. Et hanc sententiam alias sequita fuit Rota coram Ordinario in persona jurisdictionis 27. Februario 1558. quæ etiam refertur, sicut diversis verbis inter Mf. sellaneus Cots. sub num. 56.

Nec placuit Dominis, verba Bullæ, pro ut sunt, esse intelligenda conditioniter, non cautulatively, quia contrarium est verius. Tum quia D. Archiepiscopus habet dispositionem juris pro le. Tam etiam quia hujus modi verba sunt prolatæ, non habente potestatem disponendi in dispositione certa, & ideo important causam, non conditionem. Felyne. 2. num. 10. de rescript. Et tenet Rota coram Laurentiano in Cr. vien. jurisdictionis 5. Novemb. 1576.

4. Et hoc etiam evidenter appareat, cum Monachi eximantur à jurisdictione Domini Archiepiscopi, quo ad regularia instituta tantum; quæ exceptio firmat regulam in omnibus casibus expressæ non exceptuatis. Bart. in l. quæstum §. denique ff. defund. infraest. Et prescribit, quod ad alia non expressa exemplo extendi nequit, qui in alienis libert. ff. de neg. gest.

Minus etiam placuit Dominis, verba Bullæ esse intelligenda de jurisdictione quo ad Ecclesiæ tantum; quia Bulla ulterius prosequitur, scilicet, vel excessus perpetratos, vel perpetrandos &c, quæ dispositio non solum est generalis, comprehendens omnia, sed etiam augmentativa proper dictiōnem vel, quæ ampliat dispositionem etiam ad diversa. Cravet. conf. 326. num. 2. quæ eo magis vera sunt, quia cum jure communii concordant, à quo verba statutorum interpretationem assumerent, ubi dubia viderentur. L. 2. c. de noval. c. cum dilectus de consuet. Alexan. in l. nam quod §. non omnis ff. ad tribell. laf. in auct. novissima num. 24. c. de in off. testam. Unde non potest dici, vigore Bullæ jurisdictionem Archiepiscopi restringi, ultra quam bulla ipsam faciat,

7. Nec subsistit, quod Episcopus non habeat jurisdictionem, etiam quod procedatur in figura judicii, cum isti Monachi sint ordinis sancti Benedicti. Abb. in quanto de offic. ord. Rom. Conf. 375. etiam aliis. Nam omisso quod isti Doctores non loquuntur.

De Jurisdictione Ordinarij in Exemptis Erafoni à Cockier.

loquuntur, quandō Ecclesia est Cathedralis regularis; contrarium est verius de g
prie cap. cum persona de privil. in 6. cap. 1. de offic. oratione. e. omnes Basilica. 16. quæst. 7. §
tenet. in d. cap. quæst. 1. Inno. num. 2. Hof. num. 9. Joan. And. num. 15. Anch. num.
16. Henr. Boic. num. 4. Bellam. num. 8. vers. aut. agitur & Bur. num. 20. dec. in cap.
num. 16. de confirmat. util. vel inutil. Firman. de Episc. lib. 4. part. 2. quæst.
ff. num. 81. vers. & quia dixi. Capell. Tholoff. decis. 309. Et hanc opinionem tan-
tu. 27. Maij 1573. coram Oriolen. Et in alia Cesarangustana exemptionis. 13. Nove-
bru. 1587. & 28. Marij 1588. & 12. Februarij 1590. coram Orano.

Minus etiam subsistit dum dicitur, quod in omnem eventum cessat jurisdi-
ctio D. Archiepiscopi stantibus privilegiis venerabilis Congregationis Cassinen. cui
sunt unita Congregatio Sicula ad cap. cum persone de privil. in 6. Corn. d. cons. 193. nn.
mer. 7. lib. 2. Capell. Tholoff. decis. 309. & censuit Rota in predicta decisione Cotta.
Nam sicut responsum, quod unio intelligitur facta sine præjudicio tertii. Cap. 9.
1. derelig. dom. Rebuff. in prax. tit. de erect. in colleg. vers. & in hac editione Put. decis.
268. num. 3. lib. 2. Unde per talen unionem non censetur derogatum jurisdictioni
D. Archiepiscopi.

Et cessat omnis difficultas, quia in Bulla erectionis Congregationis Siculae,
in cojus locum subrogata est congregatio Cassinen. expressè legitur, sine præjudicio ju-
dium degunt in monasterio Montis Regalis jurisdictioni Archiepiscopi subiecto. cap.
1. §. in eos de privil. in 6. ibidem forsan ipsi Monachi, ubi Franc. in 2. Not. & Gemin.
num. 5. & 6. Capic. dec. 59. in fin.

Nec facit, quod Monachi habeant mentem separata, de qua disponunt,
& negotia Archiepiscopi. & Monachorum sunt separata; quia ex hoc non potest 10
inferri ad non jurisdictionem D. Archiepiscopi. Cap. edoceri de rescript. Et vide-
mus, quod capitula secularium Ecclesiarum habent mentem separata, & nego-
tia separata, & non propterea jurisdictione Episcoporum eliditur. tot. tit. de his qua-

Nec etiam Monachis suffragatur dispositio sacrosancti Concil. Trid. sess. 28. 11
cap. 8. quia loquitur de Monachis existentibus in locis exemptis à jurisdictione or-
dinarii, quales non sunt degentes in monasterio Montis regalis per Iupradicta.

Et ita conclusum fuit, omnimodam jurisdictionem spectare in omnibus ad
Reverendissimum Dominum Archiepiscopum, præterquam quoad regularia in-
stituta tantum.

DECISIO